



**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

3. Quando auream statuam fecerit Nabuchodonosor, de qua cap.3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

P.
H. Philip

Chronol
vet. Testa

A IV
17

Quando subugata Aegyptus.

ab anno 23. regni illius Babylonici auspicantur, vt Petorius, nonnulli
24. vt Torniellus & Salius ad an. m. 3452. quibus non assensio. Aegyptum in potestatem Chaldæorum non venisse ante annum transmigrationis Iechoniæ, vt dicebam Ezech. 29. q. 7. Sed neque Petorius
bo, qui arbitratur Aegyptum à Chaldæis occupatam labente anno Nabuchodonosoris 30. vel ineunte 31. Hic enim anno octauo regni sui Iechon duxit, 4. Reg. 24. v. 12. Ergo Nabuchodonosor, ante Iechoniz transmigrationem regnauerat 7. annos: quibus si annum 27. transmigrationis, quæ à Chaldæis in prædam cessit, addideris, peruenies ad annum Nabuchodonosoris 34. Propius ad scopum collineare mihi videntur ij, qui Aegyptum tantam censent anno 35. Nabuchodonosoris: quod facit Cornelius Eusebius Dan. 2. Cum tamen opiner, anno 4. Ioachim labente regni diadematum, malo primordia istius, qua de agimus Monarchiæ, conijcere in Iechoniz 34. vt dicebam illa q. 7. in cap. Ezech. 29. Itaque somnium Iechoniz Nabuchodonosori oblatum arbitror, anno ante æram Christi 574. vel 575. Lunæ 17. quo mihi exoritur annus ab excidio Ierosolymorum transmigrationis Iechoniæ 28. regni Nabuchod. 35. Olymp. 51. tertius & c.

Conclusio.

DAN. III. V. IN

Nabuchodonosor rex fecit auream statuam. Græca Sixti, & alia pleraque hæc præponunt: anno decimo octauo. Quam ob causam loquor in quaestio.

QVÆSTIO III.

Quando hac statua fuerit erecta.

Non ante somnium Nabuchod.

1. Certum est primò tunc Sidrach, Misach & Abdenago iam publicè in cribus ornatos fuisse, vt indicat versiculus 12. huius capituli. Hæc autem res præcedere debet, si prædicta fuerant, Dan. 2. v. 49. Vnde colligimus erectam hanc statuam, postquam quatuor Monarchiarum Nabuchodonosori per quietem obiectam.
2. Constat secundò, tunc iam euersam cum templo Ierosolymorum. Hæc enim isti Heroës: non est in tempore hoc princeps, & dux, & propheta, neque stum, neque sacrificium v. 38. Itaque non est, quod hanc regis insaniam ante illius 8. imputemus: quando quidem tunc adhuc erat rex Sedecias, & Sacerdotum Saraïas, Ieremias & Ezechiel Prophetæ, & sacrificia offerrebantur: anno autem demum 19. Nabuchod. Vrbis & templi abiecti, 4. Reg. 25. v. 8.

Post excidium Ierosolym.

3. Commodè vero, hæc historia, non longo temporis spatio, post somnium præced. cap. relatum constitui posse videtur. Hinc S. Hieronymus ad huius capitis initium: *Felix, inquit, obliuio veritatis, vt qui dudum seruum Dei quasi Deum adorauerat, nunc statuam sibi fieri iubet, vt adoretur in statua.* Et Theodoretus hic de Nabuchodonosore: *statim quidem admiratus est Propheta sapientiam, & huius Deum, auctorem omnium rerum, Deum esse confessus est, sed breui interiecto tempore, ad regnum suum redijt.* Idem docent Pererius & Cornelius hic, nec non Salianus ad ann. m. 34. 15. vbi Tornielli opinionem auersatur, qui pluribus annis hoc autem idolum à somnio de quatuor imperijs submouit.

Sed paulo post somnium de Monarchijs.

4. Græci codices non exprimunt hunc annum fuisse 18. regni Nabuchodonosoris, sed tantum anno 18. eum fecisse statuam auream. Si quis hunc annum putauerit esse 18. ab euerfa lerusalem, meis rationibus nihil officiet: somnium enim, quo de paulo ante agebamus, refero ad annum 17. post Urbis excidiam. Sic per melicebit hanc historiam sub initium anni 18. ponere. Inde rex 12. mensibus interpositis, egit inter feras septennium, & paulo post è viuus excessit, anno regni sui 44. non exacto.

Fortè anno 18. vrbis euerfa.

5. Cum autem isti in fornace dixerint, non esse Prophetam, mihi insinuassee videntur Ieremiam & Ezechielem, ante huius statuæ erectionem obiisse, atque adeo hæc contigisse post annum 27. transmigrations, quo Ezechiel adhuc ocella fundebat, cap. 29. v. 17. Viderint proinde, quomodo versiculum 18. huius capitis interpretentur, qui tres istos viros, ante annum 34. Nabuchodonosoris, in fornacem iniectos docent. Maior autem esset difficultas, si quis regem primum somnium anno 2. regni sui Babylonicum habuisse assereret, & cum auctoribus iam num. 3. recensitis, exiguo tempore interiecto, hoc fornacis Babylonicæ miraculum subreteret.

Post 27. an. tra/mig.

DAN. IV. v. 2.

Somnium vidi, quod perterruit me.

QVÆSTIO IV.

Quoto anno Nabuchodonosoris euenerit, quod hoc cap. narratur.

1. **D**odecim vt minimum, mensibus, antequam ille in bestię conditionem laboreretur, hoc contigisse discimus ex v. 26. huius cap. Cum bestiis fuit annos septem: quibus vel omnino, vel saltem vsque ad partem septimi translatus, probabilissimum est, cum breui extinctum fuisse. Diutius enim superstes, præ clara sine dubio fecisset ad Dei gloriam, quam hoc capite miris verbis extollit, & ludæorum soluisset captiuitatem, non ignarus eoque esse veri Dei

Id factum ante metamorphosin ipsius cultor-

¶ 3

culto-

pi
odia
menti